

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

5 De actibus latrīæ, siue religiosis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

sumptum præsumptione juris, contra quam non A admittitur probatio: sed ita est in proposito. ergo est verum matrimonium.

**R E S P O N.** Dicendum, q[uod] spiritualis cognitio impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iacti contra factum. Manifestum est autem, q[uod] ex hoc, q[uod] Christianus baptizauit Iudæam, contrahit inter illos spiritualis cognitio, quia illa fit filia eius spiritualis, unde nullum est matrimonium sequens, etiam si expresse contrahiat per verba de præsenti, & etiam subsequatur carnalis copula.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta. Nam q[uod] dictum est de præsumptione iuris, intelligendū est quando non interuenit aliquid impedimentum matrimonij.

## Q V A E S T I O . I I I I .

**D**E INDE quæsitum est de virtutibus. ¶ Et primo quantum ad fidem, vtrum s[ic] certitudo adhesionis, qua sit in heretico, vel malo catholico, sit actus ipsius fidei virtutis.

¶ Secundo, De quibusdam pertinentibus ad religionem, sive ad latram.

¶ Tertio, De quibusdam pertinentibus ad charitatem.

## ARTICVLVS VI.

Vtrum certitudo adhesionis in heretico, vel malo catholico sit actus fidei virtutis.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur q[uod] certitudo adhesionis in heretico, vel malo catholico sit actus fidei virtutis: quia secundum Philof. z. Ethic. Tria sunt in anima: potentia, passio, & habitus: sed illa certitudo adhesionis non potest attribui potentia, quia est meritoria, vel demeritoria: potentia autem non meretur, neque demeretur: similiiter non potest pertinere ad passiones, q[uod] passiones pertinent ad appetitum sensituum, qui non potest extendi ad hoc, q[uod] inhercat veritati diuinæ. ergo relinquitur, q[uod] pertinet ad aliquem habitum: sed habitus ad quem pertinet certitudo adhesionis, est virtus fidei. ergo certitudo adhesionis in heretico, vel malo catholico est actus ipsius fidei.

¶ 1 Præt. Omne quod agit ad similitudinem aliquius, videtur agere in virtute illius: sed hereticus per certitudinem adhaerens his, que credit, agit secundum similitudinem fidei, cui intantum certitudinaliter inheret, in quantum estimat se recte fidem habere. ergo operatur in virtute fidei, & ita videtur, q[uod] illa certitudo adhesionis sit actus virtutis fidei.

¶ 2 Præt. Tora firmatis spiritualis ædificij est a fide, secundum illud Matth. 7. Venerunt fluminia, flaverunt yeti, & non potuerunt mouere ea. Faudata. erat supra firmata petram, scilicet supra fidem: sed certitudo adhesionis ad firmatum spirituale pertinet. ergo est actus virtutis fidei.

**S E D C O N T R A.** Quod non est, non potest agere: sed in heretico, vel malo Christiano non est virtus fidei. ergo certitudo adhesionis non potest in eis esse actus virtutis fidei.

**R E S P O N.** Dicendum, q[uod] si aliquis id, quod est commune multis, accipiat vt proprium vni, necesse est, q[uod] decipiat. Certitudo autem adhesionis non est propria virtutis fidei. Primo quidem, quia conuenit virtutibus intellectualibus, puta, sapientia, scientia, & intellectu. Secundo, quia conuenit non solum fidei vera, sed etiam falsa. Sicut enim est opinio vera, & falsa, ita &

fides, nec minus firmiter inheret alijs veritati, q[uod] falsitati, vt Philosopher dicit in 7. Ethic. Tertio, quia certitudo inhesionis non semper prouenit ex aliquo habitu: sed ex proprio arbitrio aliquis potest assensum suum firmare ad aliqd verum, vel falsum antequā habeant habitum. Quarto, quia certitudo inhesionis nō solum cōpetit fidei formate, quae est virtus, sed etiam fidei informi, quae non est virtus. ¶ Dicendum est ergo, q[uod] in heretico certitudo inhesionis est actus falsa fidei, in malo autem catholicō est actus fidei informis: & sic in neutro est actus virtutis fidei.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, q[uod] diuisio illa datur de his que sunt in anima q[uod] modum principij actus. Nā omnis operatio ait aut est ex aliqua passione, aut ex aliquo habitu, aut ex pura potentia, h[ab]et autem certitudo inhesionis non potest esse ex passione. In malo aut catholicō est ex habitu fidei informis: sed in heretico est vel ex habitu peruerso fidei, vel ex pura potentia, sicut in principio anteq[ue] habitum acquisuerit: non enim potest dici q[uod] peruersa fides sit habitus infusus. Quod autem dicitur q[uod] potentias non merentur, neq[ue] demerentur, si sic intelligatur, q[uod] non merentur, neq[ue] demerentur hoc ipso, q[uod] habemus potentias, verum est. Si autem sic intelligatur, q[uod] pura potentia non posset esse principium merendi, neq[ue] demerendi, verum est quantum ad meritum, quod non potest esse sine gratia. Non est autem verum quantum ad demeritum: alioquin ille qui a principio peccat, antequā acquirat habitum virtuosum, non demeretur.

**A**D SECUNDVM dicendum, q[uod] aliqd potest agere sicut similitudine alicuius dupliciter. Vno modo, sicut similitudine veram, & sic vere agit aliqualiter in virtute illius. Alio modo, sicut similitudine apparentē, & sic agit in apparentia virtutis illius, & ita est in proposito: vnde in heretico certitudo adhesionis est actus fidei apparentis, non autem fidei verae.

**A**D TERTIVM dicendum, q[uod] sicut ex fide vera dependet firmitas spiritualis ædificij, ita etiam ex fide falsa procedit firmitas diabolici ædificij.

## Q V A E S T I O . V .

**D**E INDE quantum ad actus latram, sive religio. ¶ Primò, De celebratione festorū, vtrum scilicet licet celebrare festū conceptionis Dominae nostræ.

¶ Secundò, De solutione officiorum, vtrum scilicet habens beneficium cum cura, vel sine cura exiſt[er] in scholis teneatur dicere officiū mortuorū.

¶ Tertiò, De collatione beneficiorum, vtrum scilicet episcopus teneatur dare beneficium meliori.

¶ Quartò, De solutione decimarum, vtrum scilicet pauper teneatur decimas dare diuiti sacerdoti.

## ARTICVLVS VII.

Vtrum licet celebrare conceptionem Dominae nostræ.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur q[uod] licet celeb[ra]re cōceptionem Dominae nostræ. Si non licet, hoc non est nisi quia fuit concepta in originali peccato: sed nō fuit cōcepta in originali peccato, vt videtur quia Beata Virgo facta est, vt speciali modo est habitaculum Dei. ergo debuit ad hoc specialiter præparari: nō autem præparata est specialiter

## QVODLIBET. VI. ARTIC. VIII. IX. & X.

ter secundum corpus, quod conceptū est ex sexuū  
comīstione: nec ēt quantum ad āiam, quia alij etiā  
leguntur sanctificati in vtero, & ita relinqut q̄ fūe-  
rit specialiter preparata per immunitatē ab origi-  
nali peccato, & sic licer eius cōceptionē celebrare.

**SED CONTRA** est, quod hoc privilegium fōlius  
Christi dicitur ēste, quod sine originali peccato ēt  
conceptus, non ergo competit Beatae Virgini, &  
ita eius conceptio non ēst celebranda.

**RESPON.** Dicendum, quod hic inducuntur duæ  
q̄nes. Vna principalis: altera accessoria, sicut Beata  
Virgo fuerit cōcepta cum originali, quo oportet  
primo determinari. Est ergo considerandum, p̄ vñus  
quisq; peccatum originale contrahit ex hoc quod  
fuit in Adam fīm seminale rōnem, vt Aug. dicit  
super Genes. ad Ier. Omnes autē illi in Adā fuerūt  
fīm seminale rōnem, q̄ non solum ab eo carnē ac-  
cepérunt, sed ēt secundum naturalē modum origi-  
nis ab eo sunt propagari: sic autē processū ab Adam  
Beata Virgo, q̄a nata fuit per comīstionē sexuum,  
sicut & ceteri, & ideo cōcepta fuit in originali pec-  
cato, & includitur in vniuersitate illorum, de quo  
Apostolus dicit ad Rom. 5. In quo oēs peccauerūt,  
a qua vniuersitate solus Christus excipitur, quia in  
Adam non fuit secundum terminalē rōnem, al. oī q̄n  
si hoc alteri non conueniret q̄ Christo, non indige-  
ret Christi redēptionē: & ideo non tātum debe-  
mus dare matrī, q̄ subtrahat aliqd honori filij, q̄ est  
saluator omnium hominū, vt dicit Apostolus I.  
ad Thī. 4. Quāmis autē beata Virgo in originali  
concepta fuerit, creditur tamen in vtero fūisse san-  
ctificata antequām nata. Et ideo circa celebrationē  
conceptionis eius diuersa cōsuetudo ecclesiarum  
inolevit. Nā Romana ecclesia, & pharimae aliae con-  
siderantes conceptionē Virginis in originali pecca-  
to fūisse, festum conceptionis non celebrant. Aliq  
vero considerantes sanctificationē eius in vtero, cu  
ius tempus ignoratur, celebrant conceptionē: cre-  
ditur enim q̄ cito post conceptionē, aīe infusio-  
nem fuerit sanctificata. Vnde illa celebrites non ēst  
referenda ad conceptionē rōne conceptionis, sed  
potius rōne sanctificationis. Sic ergo non ēst ideo  
celebranda cōceptio prædicta, quia fuit sine pec-  
cato originali concepta. Nō enim per hoc tollitur  
quoniam fuerit specialius ceteris preparata, eo q̄ in ip-  
sa sanctificatione copiosius ceteris munus gratiae  
acceptit nō solū vt purgaretur a peccato originali,  
sed vt tota eius vita redderetur immunis ab oī pec-  
cato tam mortali, quam veniali, vt dicit Anselmus.

### ARTICVLVS VIII.

*Virum clericus beneficiatus teneatur in scholis existens  
dicere officium mortuorum.*

**Az. specialis** CIRCA secundum sic proceditur. Videtur q̄  
clericus beneficiatus teneatur in scholis ex-  
istens dicere officium mortuorum. Ille enim qui  
recipit bona temporalia alieuius, teneatur ei in spiritualibus recompensare: sed iste clericus accipit  
bona quae fuerunt defunctorum, ergo teneatur pro  
eis dicere officium mortuorum.

**SED CONTRA.** Illi qui minus recipit, minus te-  
netur: sed clericus qui in scholis moratur, minus re-  
cipit quam alij qui in ecclesia residentiam faciunt,  
qui recipiunt quotidianas distributiones. ergo non  
teneatur dicere officium mortuorum sicut illi.

**RESPON.** Dicendum, q̄ clericus ex hoc ipso, q̄  
est clericus, & præcipue in sacris ordinibus confi-  
tus, tenetur dicere horas canonicas. Videntur, n.  
secundum illud Esa. 42. Omnem qui invocat no-  
men meum, in laudem meam creauit illum: sed in-  
quantum est clericus beneficiatus in hac ecclesia,  
tenetur dicere officium secundum modum illius  
ecclesie. Est ergo considerandum, q̄ officium  
mortuorum quandoque in ecclesia dicitur, sicut  
ordinarie pertinet: ad ecclesia officium, sicut in  
tota ecclesia in die animarum dicitur officium pro  
mortuis, & in qualibet ecclesia est aliqua super hoc  
specialis consuetudo, puta, vt dicatur ordinari officium  
mortuorum sū mel in septimana, vel qual-  
tercumque alter secundum certum tempus: & ad  
huiusmodi officium mortuorum teneat clericus  
beneficiatus in aliqua ecclesia, etiam in scholis ex-  
istens, vt per hoc satisfaciat mortuis, quorum re-  
cipit bona. Aliquando vero dicitur officium mor-  
tuorum in ecclesia extraordinarie, propter aliquā  
causam specialiter emergentem, puta, ad preces ali-  
cuius personæ, vel propter aliquid huiusmodi, &  
ad huiusmodi officium mortuorum, non teneat  
clericus existens in scholis.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

### ARTICVLVS IX.

*Virum episcopus peccat dans beneficium bono,  
si prætermittat meliorem.*

**A D TERTIUM** sic proceditur. Videtur q̄ episcopo  
pus peccat dans beneficium bono, si præ-  
termittat meliorem, quia qui facit contra conscientiam  
ad dicat ad gehennam: sed iste episcopus præter-  
mit meliorem, videtur facere contra conscientiam,  
ergo peccat mortaliter ad dicendis ad gehennam.

**SED CONTRA** est, quod etiam secundum iura  
sufficit dare bona, si sit idoneus ad seruendum in  
ecclesia.

**RESPON.** Dicendum, q̄ aliquis potest dici me-  
lior dupliciter. Vno modo simpliciter, qui est fan-  
tior plus habens de charitate. Alio modo dicitur  
aliquis melior quo ad aliquid. Contingit autem  
quādoque aliquem esse meliorem simpliciter, qui  
tamen non est melior quantum ad hoc, q̄ benefi-  
cium percipiat, quia alius forte potest ecclesiam  
magis suuare, vel per consilium sapientie, vel per  
auxilium potentia, vel quia seruunt in ecclesia. Nō  
ergo episcopus tenetur semper dare meliori sim-  
pliciter, sed tenetur dare meliorem quo ad hoc: non  
enim potest esse, q̄ vnum præferat alteri, nisi pro-  
pter aliquam causam, quæ si quidem pertinet ad  
honore Dei, & utilitatem ecclesie, iam quantu ad  
hoc iste est melior. Si aut illa causa ad hoc nō per-  
tineat, erit acceptio personarum, quæ tanto est gra-  
uior, quātū in rebus diuinis committitur. Vide ful-  
per illud Iaco. 2. Tu se de hic bene &c. dicit glo. Au-  
gusti. Si hanc distantiā sedēndi, & standi ad honores  
ecclesiasticos referamus, nō est putandum leue ef-  
fe peccatum in acceptione personarum habere si-  
dē dñi gloria. Quis enim ferat eligi diuitem ad sedē  
honoris ecclesie, contemptu paupere sanctiore, &  
instructiore? Et per hoc patet responsum ad obiecta.

### ARTICVLVS X.

*Virum pauper teneat decimas solu-  
diuiti sacerdoti.*

**A D QVARTVM** sic proceditur. Videtur q̄ pauper  
non teneatur decimas soluere diuiti sacerdoti.  
Ideo

QVODLIBET. VI. ART. XI. ET XII.

41

**I**deo institutum est, ut decime, soluantur ad sustentationem ministeriorum ecclesie: sed sacerdos diues habet alias unde sustentetur. ergo non sunt ei decimae soluendae, & precipue a pauperiis.

**¶ 2** Præt. In multis terris decimæ non soluntur, quod tamen prælati corrigent, si hoies ex necessitate iuris diuini decimas soluere teneruntur. nō ergo uidetur quod præsertim pauperes, teneantur soluere decimas diuitibus sacerdotibus.

**SED CONTRA** eis, quod Dominus Matth. 23. dicit, Hæc oportet facere, si iudicium & ueritatem, & illa non omittere, si ea quæ pertinent ad decimationem solutionem.

**¶ 2** Præt. Luc. 18. Phariseus dicit. Decimas do omnino quæ possideo.

**R**ESPON. Dicendum, quod sicut Philosophus docet in 5. ethi. Medium iustitiae accipitur nō solum quoad nos, sicut in carceris iuribus, sed etiam secundum rem, quia scilicet in aliis iuribus attendunt diversæ conditions personarum, sedm quas mediū diversificatur sicut circa cibos quod est in omnibus unius, est paucum alterius, uel moderatius; sed in iustitia non variatur medium secundū diversas personæ conditions, sed attendit solum ad quantitatem rei. Qui enim emit rem aliquam, dñe tantum soluere quantum valer, sive a paupere, sive a diuite emat. Reddere autem debitum est actus iustitiae, & idcirco ad hoc quod alium reddatur quod ei debetur, non refert utrum sit diuines, uel pauper. Decimæ autem sacerdotibus debentur, in communione quidem secundum ius naturale. Naturalis autem rō dicit, ut illi qui pro populo in spiritualibus laborant, a populo stipendia sua sustentationis accipiant. Et secundum hoc etiam in novo testamento est inter diuino sanctum. Nam ut dicitur 1. ad Cor. 9. Dominus ordinavit his qui Euangelium annuntiant, ut de Euangelio uiuant: sed in lege veteri iudiciale precepto taxata est quantitas eius quod ministeriorum Dei est a populo soluendum. s. decima & hoc etiam Ecclesia statuit in populo Christiano solendum: unde cum sacerdotibus decimæ debeantur, tum de iure naturali, tum de iure diuino, tum etiam ex statuto ecclesiæ, quamvis sacerdos sit diuus, nihilominus pauper tenetur ei decimas soluere.

**A**D PRIMUM ergo oportet respondere dupliciter. Vno modo, ut dicatur quod decimarii solutio est instituta non solum ad sustentationem ministeriorum ecclesie, sed etiam ad sustentationem pauperum, quibus debet de domo Dei prouideri, unde dñ Malac. 3. Inferte omnem decimationem, ut sit cibus in domo mea, & sic sacerdoti, qui non solum sibi, sed pauperibus prouidere dñe, quantumcumque diuitiæ sunt decimæ necessaria. Alio modo, potest dici quod necessitas sustentationis ministeriorum fuit ratio ecclesiastice institutionis decimatarum solutione: sed ex quo officium est alicui debitum per statutum ecclesiæ, nihilominus ei debetur, quamvis sit diuus.

**A**D II. dicendum, qd sicut Paulus laudabiliter nō exigebat sumptus, qui sibi propriè prædicatio nem euangeli debebantur, ne quod impedimentum fieret euangilio, aut scandalum fidelib. Chri, non tamen illi peccabant non ministrantes sumptus, quos Apostolus sibi debitos remittet: ita et prælati ecclesiæ laudabiliter faciunt non exigendo decimas in terris illis, in quib. propter dissuetudinem timent scandalum generare: nec peccant illi qd non soluunt decimas in terris illis, in quib. nō est consuetum peccarent aut si obstinate exigentibus

A dare recusant, & ideo ut huic peccato obuient sacerdotes, in tertis illis non exigunt decimas.

QVÆSTIO VI.

**D**E INDE quæstum est de actibus charitatis. **¶ 1** Et primo, De obedientia, utrum sit magis meritorium obedere prælato, vel facere aliquid ad dictum fratris.

**¶ 2** Secundo de eleemosyna.

ARTICULUS XI.

**B**VTRUM MAGIS sit meritorium obedere prælato, quam facere aliquid ad dictum fratris.

**C**IRCA primū sic proceditur. Videatur, quod magis sit meritorium obedere prælato, quā facere aliquid ad dictū fratris. Maiori enim merito minus detrimentum opponitur: sed magis demeretur ille qui est inobediens prælato, quā ille qui non assentit dicto fratris. ergo & magis incurrat aliquis obediens prælato, quam assentiens dicto fratris.

**S**ED CONTRA. Vbi est maior humilitas, ibi videtur esse maius meritorium, quia humilibus dat Deus gratiam, ut dicitur Iacob. 4. sed maioris humilitatis videtur esse, quod aliquis aequali se subiiciat faciens aliquid ad dictum eius, quam quod alii quis subiiciat se superiori obediens prælato. ergo magis uidetur esse meritorium, quod aliquis faciat ad dictum fratris, quam quod obediatur prælato.

**R**ESPON. Dicendum, quod aliquis actus potest dici magis meritorius dupliciter. Vno modo ex genere operis, & sic ille actus est magis meritorius, qd est excellētioris virtutis. Manifestum est autem qd latraria, per quam aliquis seruit Deo, est excellētior virtus quam beneficentia, qua quis satisficit proximo, sicut & diligere Deum est magis meritorius, quam diligere proximum. Quod autē aliquid fiat ad dictum fratris, pertinet ad amicitiam, vel beneficiem, qua quis diligit proximum: quod autem obediatur prælato in quantum est Dei minister, pertinet ad religionem, qua quis colit & diligit Deum: & ideo magis est meritorium qd aliquis faciat aliquid obediens prælato, vel seruans notum, quam si aliquis actus magis meritorius ex eo quod procedit ex maiori charitate, licet sit minor ex suo genere, & sic nihil prohibet magis mereri illum qui facit aliquid ad dictum fratris.

Primum ergo concedimus.

**A**D SECUNDVM Dicendum, quod ille qui facit aliquid ad dictum fratris, facit propria sponte, unde minoris humilitatis esse videtur, quam quod aliquis obediatur prælato tanquam superiori.

QVÆSTIO VII.

**D**E INDE quæstum est de eleemosyna.

**¶ 1** Et Primo, De eleemosyna clericorum.

**¶ 2** Secundo, De eleemosynis qd fiunt pro mortuis.

ARTICULUS XII.

**B**VTRUM CLERICI peccent mortaliter, si ea que eis superfluent, in eleemosynas non largiantur.

**C**IRCA primū sic proceditur. Vr quod clerici peccent mortaliter, si ea que eis superfluent, in Quodlib. S. Tho.

F. ele-